

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

Iesus quantumuis penè innumera citra meritum passus, nullo tamen pacto
potuit Iudæos ad compassionem commouere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

In clementia sustinere, pro nobis pertulit: quæ nobis facta est disciplina pacis, quia nos iudiciorum tulumus satisfactionem, sed Christus pro nobis se ad satisfaciendum expersuit.

IESVS QUANTVM US PENE IN NV MERA
citra meritum passus, nullo tamen pacto potuit Iudeos ad com.
passionem communere.

Hic itaqe licet esset tam benignus, tamqe clemens, tamen quando in hoc etiam iam erat opere satisfaciendi pro hominibus, & peccatis afficeretur atrocissimis nullam tamen potuit ab ingratisima Iudæorum te clementia scintillam obtainere, quo vel suis compaterentur doloribus, si satiarentur peccatis: sed quidquid quantumisqe fuisset passus, perinde impac manebant, quā diu Iesum superstitem videbant. Quapropter cum Iesum gellatum, coronatum spinis, & immodico probro, nec minoribus peccati lūsum vidissent, nulla moti compassione, clamabant: Crucifige crucifige, ac si dicerent: Nihil satis fecisti nobis Pilate, nec unquam satis facies, quo tumui illum affixeris, nisi cruci illum affixeris. Crucifige igitur illum, crucifige, & tunc demum recedemus pacati. Iudeos inuidia tota obfederat, id nulla poterant compassione moueri. Erat enim in eis odium consummum aduersus Iesum. Et quamvis naturale sit, atque adeò humanae naturae miliarissimum, iram remittere circa afflictos miserabilesqe homines: hoc quoqe non solis hominibns proprium sit, sed inueniantur etiam bestiæ quodam, quæ quantumlibet fremant, si hominem videant coram se humiliari, nec opponentes se aut erigentem, sed prostratum & quasi sibi subiectum, illius miscreantur, nec lædant: hi tamen immites atque crudelissimi, bignimirum ferociores, nulla potuerunt calamitate, nulla pena, nulla misericordia, nullo dolore, nulla denique Christi humiliatione mansuescere, ut vel innocentissimo parcerent, aut beneficentissimum non ad mortem persequenter, aut amantissimum non odirent.

IESVS AMOR. UTI ET A QUIVS ODIO HABITUS SIT

Hinc sequitur tertius iam articulus: Amor odio habitus est. Verè amor odio habitus est, verè bonitas refutata est. Quid enim aliud nos Christus, quam misereri, parcere & diligere? Quid verè libentis, quid delectabilius agit, quam quod iuxta soam naturam agit, hoc est, quid quod illi naturale est? Omni itaque tempore diligit, omni tempore amans est. Proinde siue blandiatur, siue castiget nos Deus, vtrunque ex amore proterno suscipiendum est. Nam minus haud quaquam eo tempore diligit quod corripit, quam quando blanditur. Eius est etiam amor tantus ad nos, ut omnes homines effent tibi patres, qui liber autem horum non minus amant te, nihilqe secius atque pater naturalis: estqe singulorum amor constans vnum amorem, non posset hic comparari, quo nos (hoc est, quod te & quod liber nostrum) diligit Deus. Quid enim est aliud Deus, quam bonitas infinita, infinitusqe amor, nunquam amare desinens? Est autem adeò amabilis, ut si etiam odiret, quāvis odium propriè non cadat in Deum, sed zelus iustitia & veritatis.

Ioan.19

Odium Iu-
dæorum co-
summatum
contra le-
sum.

Bestiæ
ferociores
Iudæi.

Prouer.17.

Amor dei
erga nos
quantus.

Deus quā sit
amabilis.